



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De abiete supernate & infernate, cum Apennini descriptione. Caput. X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Lis ad intestinū opus, non minus q̄ sappinea, habetq; resīnam liquidam mellis attici colore, quæ ēt medetur phthisicis. De singulis generibus, quibus proprietatibus ē natura rerum uideātur esse cōparata, qbusq; procreantur rōnibus, exposui. In sequitur animaduēs quid ita, quod quæ in urbe supernas dicitur abies deterior ē, q̄ quæ infernas quæ ægregios in ædificiis ad diutinuitatem præstat usus, & de his rebus quē admodum uideantur ē locorum proprietatibus habe re uitia aut uirtutes, uti sint considerantibus apertio ra exponam.

De abiete supernate & infernate, cum Apennini de scriptione.

Caput. X.

Aontis Apennini primæ radices ab Tyrre no mari in alpes & in extremas eururiae regiones oriuntur. Eius uero mōtis iugum se circuāgens et media curuatura prope tā gens oras maris adriaci pertingit circuitionibus contra fretum. Itaq; citerior eius curuatura, quæ uergit ad etruriæ campaniæq; regiones, apricis est potestatibus, namq; impetus habet perpetuos a solis cursu. Ulterior autem quæ est proclinata ad superum mare septentrionali regoni subiecta continetur umbrosis & opacis perpe nitatibus. Itaq; quæ in ea parte nascuntur, arbores humida potestate nutritæ non solū ipsæ augentur amplissimis magnitudinibus, sed earum quoq; uenæ humoris copia repletæ turgent liquoris abundātia saturantur. Cum autem excisæ & dolatæ uitalem potestatē amiserint, uenarum rigorem permutatæ siccæ scēndo propter raritatem fuit inanes & euaniæ.

LIBER

ideoq; in ædificiis non possunt habere diuturnitatem.
Quæ autem ad solis cursum spectantibus locis pro-
creantur, non habentes interueniorum raritates sic
citatibus exuctæ solidantur, quia sol nō modo ex ter-
ra lambendo sed etiam ex arboribus educat humo-
res. Itaq; quæ sunt in apricis regionibus spissis uena-
rum crebritatibus solidatae, non habentes ex humo-
re raritatem, cum in materiam perdolantur reddunt
magnas utilitates ad uetusitate. Ideo infernates quæ
ex apricis locis apportantur meliores sunt, q; quæ ab
opacis de supernatibus aduehuntur. Quantū ani-
mo considerare potui de opiiis, quæ sunt necessariae
in ædificiorum comparationibus, & quibus tempera-
turis è rerum natura principiorum habere uidean-
tur mixtionem, quæq; insunt in singulis generibus
uirtutes & uitia, uti non sint ignota ædificantibus
exposui. Itaq; qui potuerint eorum præceptorum se-
qui præscriptiones, erunt prudentiores, singulari-
q; generum usum eligere poterunt in operibus. Er-
go quoniam de apparationibus est explicatum, in cæ-
teris uoluminibus de ipsis ædificiis exponetur, & pri-
mum de deorum immortalium ædibus sacris, & de
earum symmetriis & proportionibus (uti ordo poe-
stulat) in sequenti perscribam.